Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

99.

dann können wir ingleichen vermuthen, daß er sowohl das noch zu Tirol gehörige Ober- und Unter-Innthal samt dem sogenannten Viertel Wippthal ebenmäßig mit seiner heiligen Gegenwart und Lehr beglückseliget haben werde: -- Angesehen die diesem heiligen Landes-Apostel all dieser Enden zu Ehren erbaute Gotteshäuser anstatt der Scribenten uns dieses bekhtten können.

Dominicus Mitta in notis ad Chrysol. / Sabiona, ait in alpibus Rhetiae prima fidei Christianae semina a S. Valentino suscepit, unde eodem subsidie IV Augusti Suevis invasit. Fuit autem Valentinus vir sanctus, qui ubi Sabionenses ad fidem Evangeliam convertit, ordinatus est Episcopus Passaviensis. Quae si alia quam unde hauserit Mitta, nescio. ~~ex~~ Suevis certe ad IV Augusti de Sabiona nec literam habet. Illud tamen satis verosimile credo, Valentinum in suo per Rhetias ~~iterato transitu sive~~ iterato transitu ~~primo sive secunda~~ Sabionam venisse, et Christianos ibi existentes in fide firmasse, aut etiam gentiles vel hereticos ad veram fidem adduxisse. /apud Rechinum Sec. V Anm. 40.

24) Cassiodorus Chron.

25) Velserus Rer. Aug. l. 8. Sidonius in Paneg. ad Majorianum:

Conscenderat Alpes
Rhenorumque jugo per longa silentia ductus,
Romano exierat populato trux Alemannus,
Perque Cavi quondam dictos de nomine campos,
In predam centum novies demiserat hostes.
Jamque Magistis eras: Burbonem dirigis illo,
Exigua comitante manu: sed sufficit istud,
Quod pugnare jubes: certa est victoria nostris
Te mandasse acies: peragit fortuna triumphum,
Non populo sed amore tuo.

Nihilominus Alemannos ex eo tempore partem Alpium, nempe borealem, quibus Oenivallis continetur, retinuisse, Jornandes l. 55, indicat: Suevis tunc (cum Thedemirus Gothorum Rex Suevos invaderet) juncti Alemannicam aderant, ipsique Alpes erectas omnino regentes, unde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum sono vergentia. Fluenta hae Lycus, Ybara et Oenus sunt, prout dubio. Walafridus Strabo in vita S. Galli: Igitur quia mixti Alemannis Suevi partem Germaniae ultra Danubium, partem Rhetiae intra Alpes et Histriam, partemque Galliae circa Ararim obsederunt.

26) Acta S. Lupi Trec. apud Surium ad 29 Jul. Omnes quidem gentium reges ei (S. Lupo) praestabant reverentiam, sed specialiter tamen a Gebauldo eximia (Alemannorum Rege) eximia ei fuit exhibita obedientia. Namque Bononenses, quos olim captivos abluxerat Alemannorum immanitas, liberis a Beato viro acceptis, libertati restituit, hostili servitute absolutos -- pristina dignitate donatos. Gibuldi vel successor vel in regno socius fuit Chunimundus; qui anno 470 cum Suevis ~~et~~ aliisque barbaris contra Gothos in Dalmatiam profectus, et a Rege Theodemiro victus, captusque, sed demum in Suevian remissus (ipse Jornande c. 53), anno 474 Balaeriorem civitatem expugnavit, ut narrat Eugippius in vita S. Sev. c. 22.